

1409. R. 3. Maii.
4/5

Ex Orig. Civitatis Sandominiensis

Nos Petrus de Wexmuntow iudex, et Nicolaus de Winiary subju- 451.
dex Terrae Sandominiensis generales. Significamus tenore prae
sentium, quibus expedit universis praesentibus et futuris noti-
tiam praesentium habituris. Quomodo dum et quando in lu- 124
ria Serenissimi Principis Domini et Domini Kazimiri Dei
gratia Regis Poloniae et Magni Ducis Lithvaniae Rusiae Prus-
siae q. Domini nostri gratiosissimi una cum ceteris Dominis
Sandominie judicantes praesidebamus pro Tribunali, Tandem
coram Nobis et Dominis nobiscum praesidentibus com-
parentes, Generosus Dominus Paulus de Olstin Senutarius de
Lawichost ex una et Providi consulis Civitatis Sandominiensis. Sa-
lem inter se recognoverunt fecisse ordinem, et amicabilem compo-
sitionem, ex altera partibus. Ita tamen quia idem dominus Pau-
lus eodem consules et Incolas alios Civitatis ejusdem Sandominien-
sis debet libere permittere ire, et viis transire consuetis et navi-
gii secundum Jura et munimenta Regum et Ducum Praede-
cessorum et moderni Domini Regis ipsorum Consulium San-
dominiensium sub vadio centum Marcarum, ipsosq. impe-
dire non debet, neq. arrestare, et ex utraq. Parte idem Paulus et con-
sules praefati debent ponere Jura munimenta q. in Conventione
Petricoviensi, quae proxima celebrabitur, ubi tunc Regia Majestas cum
Dominis interfuerit, et quidcumq. decreverint, hoc finitum tenere de-
bent ambae partes. Et quae pars Jura non posuerit, seu non paruerit,
pro tunc illa pars perdere causam suam, et emittere debet. Et idem
Paulus Glaciale alias Lodowego recipere non debet in perpetuum,
sub eodem vadio centum Marcarum. Starum quibus in testimo-
nium literarum Sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Da-
tum Sandominie Sabbatho die Inventionis S. Crucis Anno Do-
mini Millesimo Quadringentesimo IX Praesentibus his Magni-
ficis Generosis Nobilibus Dominis Derlao de Rytwiany Pala-
tino Sivadiensi, Joanne Capitaneo de ibidem Capitano Sandomi-
niensi, Luca de Stupcza, Joanne de Byvadz et quam pluribus
fide dignis circa praemissa pro tunc existentibus.

(L.S.) (L.S.)

rok omgłony 1409 rękopis 1449.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]